

47 Δ

PHILIPPI ADOLPHI BOEHMERI,

MED. DOCT. SEREN. DVC. VINARIAE CONSILIAR.  
ET ARCHIATR.

PRAEFAMEN ACADEMICVM,

QVO

SITVS VTERI GRAVIDI,

FOETVSQVE A SEDE PLACEN-

TAE IN VTERO

PER REGVLAS MECHANISMI

DEDVCITVR,

LECTIONIBVS PRIVATIS,

DE

ARTE OBSTETRICANDI ET NATVRA HVMANA

SEMESTRI AESTIVO HABENDIS,

PRAEMISSVM.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
TYPIS IOANNIS HENRICI GRVNERTI.

clō 16cc xli.

Obstetr.

68,8

Obstetr. 22

WILHELM ADOLPH BOHMANN  
UND DR. SEBASTIAN WILHELM BOHMANN  
BIBLIOTHEK

FRANZ VON GRAVIER  
HOF- UND KAMMERRATHER  
KUNST- UND ANTIKENKUNDE  
BIBLIOTHEK

ALBRECHT WILHELM BOHMANN  
BIBLIOTHEK



§. I.

**P**lacenta siue corpus vasculosum (a), figura fere rotundum, arteriis quam plurimis venisque, nec non ductibus lymphaticis (b) instructum, membranis duabus foetum inuoluentibus circumdatur.

Externa siue *χωρεία* ab vtraque parte cingitur, qua, utpote villosa, turgente vasis sanguiferis ac lymphaticis, parte conuexa vtero grauido adhæret. Interna *ἀμνείος* Græcis dicta tenuior existit, pellucida, priori contigua, atque continens liquorem amnii foetum molliter excipit. Præterea parte concaua fermeque eius medio, vasa in truncum venosum, duasque arterias coalita, spiralibus contorsionibus vna cum vracho progrediuntur ad foetum, qui teste

(a) RVYSCHIVS *Thes. annot. V. Tab. I.*

(b) LA MOTTE libro, qui inscribitur: *Traité complet des accouchemens naturels, non naturels, et contre nature* L. I. p. m. 129. auctoritatem D. MERY allegat. Ita enim: M. MERY nous fit voir les vaisseaux lymphatiques autre fois à l'Hôtel-Dieu dans la Salle des Accouchées, par l'ouverture qu'il fit pour tirer l'enfant d'une femme grosse qui venoit d'expirer.

teste BOERHAAVIO (c) dum exporrectus vsque ad radicem placentæ, desinit in vesicam singularem, figura oualem, propriam, a chorio amnioque distinctissimam, membrana constantem subtiliori quam reliquæ duæ, sitam inter placentam chorio amnioque obductam a Græcis ἀλλαντοειδῆα (d) vocatam.

## §. II.

(c) *Institutionibus medicis p. 351. seqq.*

(d) Οὐραχὸν in membranam farciminales deduci plurimi testantur; hinc eum peruium, sicuti RIDLEVS *obs. med. pract. et physiolog.* esse adserunt. Allegant obseruationes vrinae per umbilicum redditæ *Transact. philos. Angl. comp. t. IV. p. 96. Act. Reg. Scient. Parisiens. anno 1701. p. 24.* Existentiam vero *allantoidis humanæ* neminem ante NEEDHAMMUM, HOBOKENVM, GRAAFIVM ac inprimis HALEVM euicisse, auctor est LVDOVICVS DENEVILLE in *diff. περὶ τῆς ἀλλαντοειδέως*, qui membranam hanc a BOERHAAVIO *lotii apothecam* dictam *instit. med. p. 352.* quoad situm, figuram ac texturam describit. Litem hic non mouebimus, sed ἀντοψλα ducti existentiam eius non plane negamus, quum nobis contigerit anno c1o 10cc xxxix. sub reditu itineris in Galliam aliasque peregrinas oras suscepti, Lugduni Batauorum membranæ huius præparationem in fœtu apud celeberrimum ALBINVM conspiciere, a quo vltiorem explanationem figuræ, quam aeri incidendam curauit, ac operi magno anatomico, quod ab erudito orbe valde desideratur, iunget, sicuti ex docto eius percepimus ore, expectamus. Quod vero attinet ad huius membranæ vel secundinarum texturam ac diuisionem, succi nutritii consistentiam, se- et exeretiones placentæque exactam descriptionem, funiculi umbilicalis structuram aliis pertractandum relinquimus, quorum describendæ materiæ ratio completam exposcit anatomico-physiologicam pertractationem. Sistunt nobis succinctam secundinarum descriptionem DANIEL TAVVRI *traité de la generation et de la nourriture à Paris in 8uo anno 1700.* et l' *anatomie* D' HEISTER *avec des Essais physiques à Paris in 8uo 1735. p. 236. ad p. 319.*

## §. II.

*Partes hae* foetum statu grauiditatis inuoluentes inseruiunt sanguinis *praeparationi*, *nutritioni foetus*, *eius liberiori in utero motui*, *ac felicitanda foetus exclusioni*. *Præparatur materia*, dum sanguis in vasculis vteri placentæque corpore carminationem subit, transfudatione per canaliculos in minimos diuiditur globulos, vltteriusque perficitur, pro ratione nutriendi corporis ac vasorum placentæ dispositione, quorum congeries statu perfectionis constituit corpus ratione diametri octo circiter nouemque pollicum, crassitie vero eius in centro vnus pollicis: *Præparata materia* hac *nutritur*, dum teste RVYSCHIO (e) vel extremitatibus arteriarum susceptus sanguis, inque vasis tunicae chorii villosæ exactius mutatus, ad venæ vmbilicalis ostia defertur, vel lymphæ eius per amnii canaliculos in cavitatem amnii instillat. (f) *Mouetur facilius*, quippe fluidum, cui foetus innatat, membranas expandendo spatium permittit mutationi loci. Hæc vero quaquaversum contingit; reactione tamen vteri versus eius centrum tendente fit, vt foetus in centro hoc contineatur, (§. IV.) donec legitimo tandem tempore, pondere foetus existente specificè grauiori, sub situ placentæ in vteri fundo naturaliter vna cum secundinis excludatur. *Facilitatur* demum partus, quippe nisu foetus, qui descendit in pelvim, motuque vteri aucto, membranæ orificium vteri expandunt, (g) ruptisque membranulis, partes genitales

(e) *l. supra cit.*(f) BOERHAAVIUS *institutionibus medicis p. 350. seqq.*

(g) Non erimus hic solliciti de effluxu aquarum spuriarum, qui in grauidis nonnullis, leni fragore prægresso, vltimo gestationis mense sæpius contingit, haud tamen subsequente nisu ad

tales, humiditate gelatinosa stillante, laxantur, vt caput agatur in capacitatem oris vterini dilatati, tumque nixu aucto materno, per lubrica vaginae, ope lacunarum mucilaginosarum, et sebacearum in alis latentium, loca exeat; subsequenter funiculo umbilicali, membranis, placenta, ceu optime describit BOERHAAVIUS. (h)

## §. III.

Haecenus de secundinis in genere. Stricte vocantur corpus fere rotundum vasculosum (i) (§. I. et II.) naturalipartum.

Discimus potius vsu membranarum, liquorem amnii continentium, quam grauitate illi peccent, qui, situ foetus existente perpendiculari, ad rupturam membranarum confugiunt; adeoque medium illud, quo vterus aperitur, remouent. Deinde cognoscimus rationem partus difficilis oriundi a iusto citiori aquarum effluxu.

(h) *Lib. cit. pag. 353.*

(i) Pro eo ac plures foetus deprehenduntur in vteri fundo, variat etiam numerus placentarum. Ratione substantiae, qua saepius iunguntur, sunt distinctae; interim connatae aliquando, figurae irregularis *conf. les observations importantes de M. DE VENTER, sur le Manuel des accouchemens, augmentés de reflexions sur les points les plus interessans par IACQUES-LEON BRVHIER D'ABLAINCOVRT anno 1739. edit. Paris. in 4to p. 64. et fig. V. p. 65.* Sic etiam in erudita descriptione foetus bicapitis ad pectora connati *vir. excell. HALLERVS*, se vnicam obseruasse placentam, refert p. 2. ac *celeb. FRIDIUS*, cuius sub fideli manu ductione artem obstetricandi Argentorati anno c1o 1000 xxxix. exercuimus, in museo effigiem gemellarum conseruat, a suprema et anteriore thoracis regione ad umbilicum vsque aduersa facie sibi met vnitarum, placenta, umbilico eiusque funiculo, hepate, diaphragmate, pulmonibus et corde simplicibus donatarum, quas laudatus vir e matre ANNA MARIA ELSASSERN per tres dies parturiente,

*turaliter*, mediante tunica villosa chorii, extremitatibus va-  
forum *fundi* (k) *uteri* cohærens, iunctum e centro conca-  
væ partis per funiculum cum fœtu, quem vna cum mem-  
branis (§. I.) ac liquore amnii inuoluit, iisque ruptis,  
folet *secundo* post partum excludi. Hinc *secundina*, Ger-  
manis, *Nachgeburth*, Græcis τὰ δεύτερα, τὰ ὑτέρα. (1)

§. iV.

*ente*, die XVIII. Decembris an. c1o Iccc xxx. pedibus,  
*capite dextro prius detruncato*, manuali operatione extra-  
xit. Triste eiusmodi exemplum fœtus bicipitis ad pectora con-  
creti, umbilico eiusque funiculo ac placenta vna etc. gaudentis  
simile illi, quod TVLPIVS depingit l. III. c. XXXIIX. p. 274.  
eodem anno Parisiis conspiciere nobis licuit.

(k) *conf.* DEVENTER *libr. cit.* p. 62. *vbi l' arrier faix s' attache au fond de l' uterus.* MAURICEAU *traité des maladies des femmes grosses Tom. I. l. II. c. VIII. et l. III. c. V. edit. Paris. in 4to. L' arrier-faix s' attache par le moyen de ses vaisseaux au fond de la matrice.* DIONIS *traité general des acouchemens lib. III. c. V. p. 221. edit. Paris. in 8uo.* VIARDEL *observations sur la pratique des acouchemens à Paris 1671. in 8uo p. 209.* PEV *pratique des acouchemens l. p. 36. à Paris anno 1694. in 8uo. La situation ordinaire du placenta est au fond de la matrice; mais quelque fois avec distinction de lieu. Car tantôt il est placé en la partie supérieure, tantôt en l'inférieure, et tantôt dans les collatérales.* PORTAL *pratique des acouchemens edit. Paris. a. 1685. obs. XIV. et l. III. nec non AMAND nouvelles observations sur la pratique des acouchemens edit. Paris. secund. a. 1715. p. 38. et obs. XL. l. LXII. idem confirmant. Celeberr. FRIDIUS disput. de secundinis salutiferis, æque ac nociuis, cuius auctor est, respondente PETRO STUARTE, Argent. 1736. p. 9. in statu, inquit, naturali placenta situm suum in vteri fundo obtinet.*

(1) MAURICEAU l. c. p. 248. *On appelle l' arrier faix, parcequ' ordi-*

## §. IV.

Indicatae observationes (§. III. not.) *adhaesionis placentae fundo uteri in statu naturali*, nos ducunt ad rationes situs perpendicularis uteri foetusque indagandas. Quum vero sit situs perpendicularis norma situs obliqui, ratione ac experientia ducti ratiocinamur: sublato aequilibrio uteri, et placenta existente in parte quadam extra sphaeram activitatis muscoli orbicularis, uterum, quin et ipsum saepius foetum, situm formare obliquum. (§. XXIII. XXV. XXIX.)

## §. V.

Intelligimus vero per *situm naturalem uteri grauidi*, quando linea directionis e centro grauitatis foetus per orificium uteri ducta, cadit intra basin foetus et grauidae, (fig. I. §. IX.) *Basis grauidae* dicitur spatium intra pedes eius situm ordinarium habentes. *Basin vero foetus* constituit spatium vel extremum capitis, vel intra pedes. (m)

## §. VI.

*ordinairement il sort apres l'enfant, et qu'il est comme un autre faix à la femme.* Idem DEVENTER *l.c. p. 41.* VIARDEL *secundo a foetu naturaliter in lucem editur l.c. p. 203.*

(m) Mutationes omnes, quas foetus in utero subit, contingunt pro ratione maioris uteri dilatationis, et foetus extensionis. Quo magis enim corpus elasticum expanditur, eo fortius renititur, motu existente vehementiori (per reg. mot.). Foetus vero, dum maxime nutritionis ope extenditur, volumen eius augeatur, quo superat reactionem aquarum, adeoque in statu naturali perpendiculariter versus orificium uteri descendit. Itaque ratione specificae grauitatis foetus liquore amnii contenti, triplicem animaduertimus mutationem. Facta enim impraegnatione ouuli fibrilla, utpote specificae leuior ouulo, fertur naturaliter ad fundum uteri, ceu partem eius superiorem (§. XXXII.). Quo magis autem foetus quoad omnes partes in fluido extenditur, eo grauior fit. ut sit vel eiusdem grauitatis specifi-



## §. VI.

Vterus autem, quatenus est corpus elasticum, eatenus etiam patitur secundum molem in eo contentam contractionem et dilatationem. Dilatatione ultra modum aucta, accedente foetus gravitate maiori, ad contractionem excitatur, qua, peracto partus negotio, in pristinum restitui-

specificæ cum fluido, vel specificè grauior fiat, adeoque tendat versus partem vteri inferiorem; interim existente actione fluidi ad peripheriam vteri, huiusque reactione versus foetum æquali, situm retinet perpendicularem lin. A. B. Fig. I. (§. IX.) seu linea directionis cadit intra basin foetus. Quemadmodum vero illa dicitur spatium vel superius capitis vel intra pedes foetus existens: ita sub naturali eius situ caput embryonis tertio vel quarto iam grauiditatis mense per vteri substantiam tactu explorari posse, asserimus. Non enim solum per vteri orificium instante partus negotio exploramus situm foetus, verum ante partum illum diiudicamus, ex globo, quem vteri ceruix, dum caput in illam agitur, format. Quod si iste vteri globus maxime versus os sacrum indice leuiter tangitur, resiliens animaduertitur corpusculum rotundum, certo indicio, embryonem parte capitis superiori perpendiculariter iam tendere versus orificium. Dum vero grauida terminum partus attingit, tempus parturiendi non ex ipsa orificii vteri mutatione solum (§. XXV.) prædici; verum etiam ex tota vteri substantia situs foetus diiudicari potest, quippe volumen maius capitis, vel nates, (quæ partes difficile tactu teste VAN. HOORNIO distinguuntur), maius replent spatium: pars vero extrema foetus ad orificium sita inæqualem ac acutam figuram vteri ceruicis describit: vid. DEVENTER *lib. cit. c. XIV. seqq.* Discimus inde nugas et garrulas esse obstetricum, quæ cum DIONISIO *l. II. c. XVII.* ac reliquis, octauo mense foetum parte superiori deorsum moueri, contendunt, ceu dicunt, (*das Kind hat sich gewendet*); quum potius cognosca-

stituitur statum. *Actio* itaque *uteri* a nobis obseruatur *duplex*; *illa* quidem, quæ nisi *fœtus* secundinarumque, instante partus tempore, ope directionis motuum, quaque versum ad *fœtum*, a fundo *uteri* B. ad centrum C. eiusque orificium A. fig. I. tendentium, absoluitur.

§. VII.

Hoc motu contingit, vt *utero*, *fœtu*, *secundinis*, orificio *uteri* et *vaginæ*, linea perpendiculari positæ, facilis fiat exclusio; quippe motus partium superiorum musculosarum in punctis B. et a. a. tendit versus centrum C. ad orificium A. æquali vi, qua perpendiculariter agit in *fœtum*, hic in aquas, hæ tandem in membranas ubique in punctis c. c. c., quæ ultra modum extensæ, earumque actione imminuta disrumpuntur, adeo, vt facilis *fœtui* pateat descensus in peluim et exitus.

§. VIII.

*Altera* vero *actio* seu potius *reactio* vergit a punctis peripheriæ *uteri* b. b. b. et a. a. a. versus centrum C., ita, vt ab utroque placentæ latere pressio versus punctum intermedium C. æqualis fiat, atque sic *fœtus* in centro gravitatis contineatur.

§. IX.

Patet hoc ex fig. I. cuius linea perpendicularis A. B. indicat *uteri* situm naturalem, in quo placenta a. a. a. et fundus *uteri* B. e diametro opponuntur orificio eius in puncto A. eiusque

gnoscamus, *fœtum* parte, qua vtpote specificè grauiori versus orificium tendit, manere situ perpendiculari (§. XII.), quatenus existente actione et reactione æquali in illo continetur; (§. VIII.) ultimo vero gestationis mense præparationem *fœtus* ad exclusionem fieri descensu eius in peluim, quemadmodum vulgo fertur, (*der Leib hat sich gesencket*).

eiusque punctum C. centrum intermedium (n) indicat, versus quod motus fluidi vterini siue amnii foetum circumdantis dirigitur, continua reactione vteri, quæ adiuuatur sub in- et expiratione extensione et contractione musculorum abdominis, quaqua versus ab utroque placentæ latere existente æquali, vt foetus spatio c. c. c. etc. inclusus eundem semper retineat situm perpendicularem A. B.

## §. X.

Itaque *reactio* erit *æqualis*, quando placenta a. a. a. in fundo vteri B. sita e diametro respondet orificio in puncto A. Nam hæc tunc in fundo maior existit, quippe in eius centro fibræ circulares, quas RUYSCHIVS (o) ibi tetigit, initium sumunt, quarumque nisus, tanquam e centro fornicis, versus latera per fibras distributus æqualiter fit. (vi leg. mot.) Sed *inequalis* erit *actio* vteri, propter placentam extra centrum grauitatis fundi vteri sitam,

(n) DIONIS l. c. p. 185. *L' enfant est toujours placé dans le milieu de la matrice.*

(o) *Traët. anatom. de musculo in fundo vteri obseruato. p. 9. Est musculus orbicularis, i. e. musculus ex fibris circularibus constans, quarum substantia fere admodum crassa videtur ad præstanda obsequia a Deo demandatus, scil. ad depulsionem secundinarum fetus: conf. epistola HECQVETI de musculo Ruyschiano. Hinc REGNERVS DE GRAAF veterum aliquid carnei in fundo præ se ferre docet, quo exclusio fetus, secundinarum, mensium ad lochiorum eo felicius succedat, et BOERHAAVIUS institut. med. pag. 353. refert, fibras vteri validas maxime in loco placentæ contiguo animaduerti, vt contractione orbicularis musculosæ machinæ, fetus cum secundinis etc. expellatur.*

fitam, (p) cum latus istud, cuius parti v. g. fig. III. H. F. G. adhæret, grauitate, adeoque et motu tunc superat alterum latus. (§. XXIII.)

## §. XI.

Quamvis vero contingat, vt motu nonnunquam extraordinario, ab vna vteri parte vehementius foetus prematur versus alteram: facile tamen cessante ista causa in pristinum redibit situm perpendiculararem, quamdiu foetus sua grauitate seu nisu non superat reactionem istius vteri partis, versus quam a causa quadam externa vrgetur, (per leg. mot. et fig. II. demonstr. §. XXI.)

## §. XII.

Quodsi sub statu grauiditatis accidat, vt quacunque ex ratione pars superior foetus, qua respicit fundum vteri in puncto B. fig. I. seu placentam a. a. a. præponderet inferiorem, qua versus orificium A. tendit: pars specificè grauior

(p) Motuum vteri inæqualitas a præter naturali sede proueniens patet ex sequentibus, quæ laudatus RYVSCHIVS *cit. l. tradit* - - - *Quum itaque placenta musculo huic adposita hæret, quod plerumque secundum naturæ cursum euenit; tum placenta (princeps secundinarum) mature, et sine mole per musculum hunc depellatur: ast quando loco peruerso lateri eius annititur, vt musculum in auxilium vocare nequeat, id est, si extra sphaeram actiuitatis sita est: tum placenta tanta violentia crebro adhæret, vt non nisi vt extrahi possit.* His fibris elasticitatem vteri augeri, testatur BERGERVS *de natura humana*, ac MALPIGHIVS docet, mediantibus iis vterum vim extensionis et contractionis acquirere, iisque in fasciculos coagmentatis ac reticulariter implicitis vteri structuram componi, quam DIOEMERBROECK in cadavere puerperæ decem, et D. MERY in alius quatuor post partum horis extinctæ demonstrarunt Acad. Scient. 1706.

gravior (siue pedes siue caput existant,) vergit versus orificium vteri A. leuior sursum mouetur (per leg. mot.) ad fundum vteri in puncto B, eiusque situs perpendicularis A. B. non mutatur, siquidem antea memorata vteri reactio æqualis in liquorem amnii, quæ a lateribus vteri b. b. b. etc. fit versus fœtum eiusque grauitatis centrum C. hoc impedit. (§. VIII.)

## §. XIII.

His itaque ducti rationibus concludimus, sub situ placentæ in *fundo* vteri fœtusque perpendiculari (non exclusis reliquis necessariis, scilicet, vt sit debita partium confirmatio quoad figuram, vnionem, locum situmque, debita proportio inter cavitatem ac molem in illa contentam.) negotium partus naturalis absolui, ac exclusionem fœtus facilitari  $\alpha$ ) quia grauia secundum lineam perpendicularem cadentia, maiori nisu agunt, seu maiorem exercent vim.  $\beta$ ) Quoniam nisus hic constrictione musculorum ( $q$ ) ab utroque vteri latere superiori augetur, quippe qua vterus ad fœtum vrgetur singulari cum impetu, omni eius actione tendente in fœtus partem superiorem.  $\gamma$ ) Quippe in hoc situ nisus, quem fœtus ex omni parte exercet, fit versus vaginam.

## §. XIV.

( $q$ ) Actio vteri constringens, quæ in vteri fundo maior obseruatur (§. X.) tanta est, vt, sub operatione manuali, quam partus præternaturalis requirit, reactionem manus superet. Hæc vero manus in vteri cavitatem introductæ compressio, aliter non est soluenda, nisi encheiresi quadam, retrahendo eandem ad carpum vsque, ac flectendo ad omnes partes, qua vteri fit relaxatio. Alias enim sensus inducitur mauui stupefactiuus instar formicarum eam perreptantium, qui impedit, quo minus partes fœtus a se inuicem distingui queant.

## §. XIV.

Licet vero vteri reactio valida maxime circa *fundum* existat, vt æqualiter in partes eius omnes directa, fœtum vna cum secundinis linea perpendiculari expellat: (§. X. XII.); obseruationes tamen quam plurimæ retardatum, imo naturaliter impossibile testantur partus negotium, quanquam sub situ fœtus perpendiculari: et *placentam* tam fortiter sæpius *fundo* vteri adhæsisse, vt motus in illo validi non suffecerint expellendis secundinis, sed instituta fortiori funiculi vmbilicalis agitatione, vel ruptura eius, vel inuersio vteri eiusque fundi, subsecuta sit. *Prioris* reddemus rationem, specimine altero, quo modum extrahendi fœtum commode forcipe nouo anglicano, et obseruationes quasdam susceptæ eius ope felici successu operationis exponemus. *Posterior* vero obseruatio (r) indicat,

(r) De *inuersione* vteri perpendantur, quæ LA MOTTE *libr. cit. p. 806.* PEV *lib. cit. p. 586.* ac D. FRIDIUS *cit. disp. p. 34. tradunt.* AMAND *observ. 40. 50. 62.* varias eiusmodi notauit obseruationes, et *p. 359.* refert, se in iis maxime præternaturalem adhæsionem obseruasse, in quibus propter motuum ad partum imminutionem, orificii vteri relaxationem, indeque acceleratam fœtus exclusionem, *dolores* non suffecerint separandæ placentæ. Ita enim: *J'ai remarqué plusieurs fois, que les femmes qui accouchent avec peu de douleurs, sont ordinairement plus difficiles à deliurer, que celles qui en ont davantage, et selon moi, en voici la raison, le petit nombre de douleurs, ne pouvant être causé, que par une indisposition de l'orifice interieur de la matrice, à une dilatation facile, l'enfant vient par consequent plus promptement, et le peu de temps, qui est employé à sa naissance, ne suffisant pas pour la preparation au détachement de l'arrierefaix, est cause, qu'après l'accouchement la deliurance*

dicat, *separationem placentæ non ab actiuitate sola muscoli orbicularis tantum, sed actione æquali fluidi amnii versus latera dependere.* Quodsi enim placenta a. a. a. fig. I. adhæreat fundo vteri B. nisu fœtus et constrictione vteri in puncto B. tendit versus orificium A. linea perpendiculari. (§. X.) Hoc nisu fœtus aquas propellit versus punctum A. Cum vero ibi cedere nesciant, nisi versus latera c. c. c.; partes laterales membranæ expandunt, quarum expansione

*livrance s' en trouve plus difficile; d' ou il arrive fort souvent, que le cordon de l'umbilic se rompt au centre de l'arrierefaix, ou que l'on court risque de tirer la partie superieur de la matrice, à moins, que l'on ne previenne cet accident par les precautions que ie mis ici en usage.* Videtur vero hæc ratio insufficiens, cum sub facili partus negotio dolores, (qui utpote effectus motuum vteri nil nisi nisum indicant ad separanda et expellenda contenta) continui ac directi sunt a fundo versus orificium, quibus fœtus linea perpendiculari facillime excluditur. (§. VII. XII.) Motibus igitur directis versus placentam, qui contractione et dilatatione seu vi vteri elastica peraguntur, existente actione fluidi versus latera æquali (§. XXVI.) vasa placentæ ab utero separantur. Id vero directe fieri nequit, nisi sede placentæ in muscoli orbicularis centro, quo in potiores eius partes vterus actiuitatem exercere possit. Quando autem placenta musculo huic ad duas vel tres partes tantum adhæret, illæ quidem separantur, reliquæ extra spheram muscoli situm obtinentes difficilius seiunguntur, quippe vis reagens vteri inæqualiter fertur in placenta corpore (§. XXVI.); (præsertim cum *portantur livr. cit. p. 86.* vteri locum, cui placenta adhæret, reliquis partibus crassiorem observauerit); adeoque vis simplex ab vno latere vteri, non vnita ab utroque existit. Ergo *dolores* ad facilitandum partum et *placentæ separationem* non sufficiunt, nisi motus æqualis in fundo atque æqualitas actionis fluidi amnii ab utroque latere adsint.

fione fit extensio vasculorum capillarum, quæ reactione vteri a centro fundi B. versus punctum A. atque actione fluidi amnii, quod nisu fortiori foetus a puncto A. versus latera c. c. c. vrgetur, ibique vterum magis expandit, (s) facillime a fundo separantur.

## §. XV.

In numerum eorum, qui nullam aliam placentæ sedem, quam *in fundo vteri* concedunt DEVENTER (t) ac DIONIS (v) referendi sunt, quorum vero opinio experien-

(s) DEVENTER *libr. cit. pag. 35. La matrice s'augmente, s'étend, se dilate à mesure, que les mêmes changemens arrivent au fœtus, aux membranes, et aux eaux.*

(t) *Libr. cit. c. IX. vbi: le placenta ne s'attache qu'au fond de l'uterus et c'est cette portion, qui augmente le plus. Eandem repetit sententiam in subsequentibus respondendo ad obiectiones - - - On ne manquera pas cependant de m'objecter le témoignage de quelques accoucheurs, qui attestent, qu'ils ont trouvé le placenta adhérent aux côtés de la matrice, assez près de son orifice, mais je répondrai, que cette autorité prouve peu dans la bouche de ceux qui, n'ayant jamais remarqué, que la matrice prend des situations obliques, n'ont pu observer, si le fond de l'uterus étoit tourné en avant, ou en arrière; d'où il suit qu'ils n'ont pu remarquer en quel en droit positivement le placenta étoit attaché.*

(v) Cum fixam sedem placentæ in parte vteri superiori posuerit; *miranda* simul inclarescendi eius cupiditas, qua ductus asserere sustinuit, neminem inter anatomicos fuisse qui sufficientem reddiderit rationem situs placentæ in vteri fundo. Ita enim: *libr. cit. p. 183. Le placenta si nécessaire pour entretenir la circulation du sang de la mere à l'enfant, est toujours placé à la partie supérieure de la cavité de la matrice: les anatomistes conviennent de sa situation; mais je n'en ai point*

point



perientiæ repugnat quotidianæ. Neque enim ratio, qua  
 DEVENTER contradicentes conuincere conatur, suffi-  
 ciens

*point vû qui nous ait donné des raisons, pour quoi il est plac-  
 cé plutôt en cet endroit qu' en un autre, etc.* Supra enim  
 laudatus RVYSCHIVS describendo muscolum vteri orbicularem,  
 (§. X. not.) vsum huius muscoli sufficienter probavit, insufficien-  
 ter vero DIONIS. Prius enim *substantiam* vteri non adeo *compa-  
 ctam in fundo* quam in *lateribus* animaduerti docet, quo vasa pla-  
 centæ mediante membrana chorei villosa cum vteri vasis in fundo  
 liberius faciliusque iungerentur, contra ea vasorum cohæsi-  
 onem arcta et compacta vteri in lateribus structura impediret. Argu-  
 mentum vero infirmo niti fundamento, testatur ipsa vteri interna  
 structura, (§. XVII.) et adhæsi-  
 o placentæ ad latera vteri eiusque  
 orificium (§. XVIII.). Pergit eodem §. aliam subiungendo  
 causam, vteri *vasa* scilicet *copiosiora* inueniri in *fundo* vteri,  
 quam in *reliquis* eius *partibus*, necessaria ad ouuli nutritio-  
 nem. Sed aliam nobis sistunt figuram RVYSCHII, GRAAFII,  
 MORGAGNI, BARTHOLINI, MALPIGHII, SANCTORINI,  
 HEISTERI, WINSLOVII, reliqui, quippe qui corpus vteri  
 vasculosum fibris variis præprimis circa fundum intertextum  
 nobis sistunt, cuius vasa capillaria hiant quaquauersum in vteri  
 cavitatem. (§. XVII.) Hinc ratiocinantur, ouula nutriri ma-  
 xime in loco placentæ contiguo, affluxu sanguinis materni ac  
 transudatione succi nutritii per poros membranæ chorei villo-  
 sæ. Porro necessitatem *situs placentæ in fundo ad peragen-  
 dum circulationis ac nutritionis* negotium requirit, quod  
 situ placentæ ad latera vel ante orificium vteri propter fœtus  
 compressionem impediretur. Quodsi verum sit, fœtum e  
 centro grauitatis prolapsum detineri in parte, quæ minus re-  
 agit, nisu partis prolapsæ fœtus existente maiori (§. XXIX.):  
 funiculus tamen vmbilicalis dum ceu specificè leuior respectu  
 fœtus innatat aquis, liber sui que iuris est, vti MAVRICEAVX  
 tradit *lib. cit. t. I. lib. II. p. 230. Le cordon de l' enfant flotte  
 au milieu de ses eaux, ou ne pouvant pas être comprimé, le*  
 C mouve-

ciens est, quando lateralem placentæ adhæſionem adparentem tantum, et ab obliquo vteri ſitu prouenire contendit.

*mouvement du ſang n' y peut pas auſſi être comprimé: vel circumuolutus foetus partibus negotium ſanguificationis ac nutritionis non impedit, quemadmodum recens nati, viui ſaniquæ teſtantur infantes, qui variis vmbilicalis funiculi circa cololum et partes extremas circumuolutionibus in lucem eduntur. Deinde oſtendit ſitu placentæ in fundo vteri, liberioſem fieri ac facilioſem ſanguinis per venam in fœtum deſcenſum, quam ſub laterali ac anteriori et inferiori placentæ in vtero ſede fluidi adſcenſum. Regula quamuis luce meridiana clarior; quippe motus fluidorum velocior fit, pro eo, ac illa niſu proprio facile deſcendunt (per leg. mot.): falſa tamen eiſdem adplicatio. Funiculus enim vmbilicalis, dum vel liber vel circumuolutus partibus fœtus fluido amnii innatat, varios circuitus anguloſque format; adeoque ſanguinis prolapſus per venam in fœtum iſtis circuitibus funiculi vmbilicalis deſcendendo et adſcendendo abſoluitur, vid. DEVENTER libr. cit. c. XVIII. ac fig. æri incifas. Itaque liquet non a deſcenſu ſolum ſanguinis per venam vmbilicalem, ſed potius a motu leni conſtrictorio vteri placentæque, qui augetur aſtione mufculorum abdominis ſub in- et expiratione, circulum ſanguinis e placenta in fœtum promoueri, cf. illuſtr. HOFFMANNVS medic. ration. ſystem. tom. I. ſect. II. c. XII. p. 248. et B. BOERHAAVIUS inſtitut. med. p. 373. 374. Demum ſuſpendi debere ouulum in vteri fundo iudicat, ne cum impuris ſuccis, vt ſanguine menſtruo, vel muco quodam, ſicuti fluor albus eſt, ex vtero eliminetur, qua ex hypotheſi MAVRICAEI ſententiam reiicit, qui recte quidem libr. cit. t. I. c. VII. p. 39. facta imprægnatione vteri orificium claudi affirmat, quo ſecundum BOERHAAVIUM inſtit. med. p. 343. ouum imprægnatum, clauſo iam ſtrictura ſuorum mufculorum vtero, contineatur. Mutationes enim omnes orificii vteri, quas in gravidis animaduertimus, conſiſtunt in extensione orificii fibrarum, quæ*

dit. Quod quamuis nonnunquam fieri concedamus, exceptio tamen non tollit regulam possibilitatis ac existentiae adhaesionis placentæ in vno vteri latere, vel parte eius anteriori et posteriori, vel ante orificium (§. XVIII.) Concludit inde, fundi vteri substantiam (w) reliqua magis augeri.

quæ postea pro eo, ac illud dilatatur, abbreviantur. Hinc obseruamus post statum conceptionis, vteri orificium longius compactiusque prominere, sub incremento grauiditatis mollius atque crassius fieri, ac tandem pro eo ac vterus dilatatur, ita expandi, vt instante partus tempore nil nisi corpus rotundum, ac eius in medio rimam tactu percipere valeamus, quæ tandem in ipso partu ita aperitur, vt sub situ fœtus perpendiculari, motibusque ad fœtum directis, facilis per illam fœtui ac secundinis pateat exitus. Impuritates autem seroso-mucidæ vel sanguineæ, in quibusdam grauidis primis mensibus e genitalibus fluentes, ac vltra dimidium gestationis tempus sæpius durantes, non ex vtero, sed vagina eius, fluunt, et in plethoricis maxime obseruantur, quæ pro ratione dispositionis humorum, partiumque genitalium, temperamenti, vitæque generis, sanguinem, vel mucum effundunt. Quando vero aperto orificio tempore gestationis sanguis vteri cavitæ effluit; periculum abortus imminet, id quod ab optimis artis obstetricæ magistris ac nonnullis qui de natura humana scripsere, vt HOFFMANNIS, BERGERIS, BOHNIIS, VERDVCCIIS, ORTLOBIIS, aliis sufficienter probatum fuit. Quodsi adducta ratio laudati viri foret sufficiens, partus difficilis ex placentæ ad vterum adhaesione propter effluxum ouuli ex vtero nunquam contingeret, quod cum rationi et experientiæ sit contrarium (§. XVIII.) sententiam auctoris, neque speciem tantum verisimilitudinis præ se ferre patet.

(w) DEVENTER *libr. cit. p. 38. La raison pourquoi le fond de l'uterus augmente plus que le reste, c'est, comme je l'ai de ja dit, l'adherence du placenta, et sa disposition mecanique,*

augeri. Neque hoc negamus, existente placenta in fundo; interim asserimus, partem vteri, cui adhæret placenta, reliqua eius substantia fieri crassiolem (x) (§. XIV. not.)

## §. XVI.

*Modus vero possibilitatis diuersæ placente in vtero sedis ac inde enati vteri fœtusque situs, pro eo ac ouuli fibrilla adhæret, patet ex ipsa vteri structura. Licet vero MALPIGHIVS vteri compagem adeo obscuram esse fateatur, vt pene impossibilem ipsius iudicet resolutionem; operam tamen iam dedere antiquissimi GALENVS, VESALIVS, et alii, quippe qui in substantiam eius inquirentes, vterum ex meris membranis constructum esse iudicarunt, quæ lege naturæ ad incrementum fœtus explicentur. Carnoso-nerueam vteri substantiam deprædicat DRELINCOVRTIVS, fibrosam BERGERVS, spongiosam GRAAFIVS, BOHNIVS, WINSLOVIVS, vasculosam penitus RVYSCHIVS membranibus quibus contextus carnosus continetur, inuolutam, in cuius cauitatem internam hiant orificia vasorum, quæ originem ducunt a tortuosis, arterioso-venosis, spermaticis, hypogastricis et hemorrhoidalibus inter se communicantibus.*

## §. XVII.

*chanique, qui fait que le placenta s'y attache, et qu' ils augmentent, et s' étendent ensemble.*

(x) PORTAL. lib. cit. p. 86. *Il me vint dans la pensée que je pouvois m' éclaircir d' un doute où j' estois: sçauoir si la matrice estoit plus épaisse à l' endroit où le placenta se trouvoit adherent; et l' examinant derechef en toute son étendue et circonference, je la sentis être molette et membraneuse, et elle me parut de l' épaisseur environ de trois à quatre lignes; et je la trouuai au tact plus épaisse à l' endroit où le placenta étoit attaché, qu' ailleurs.*

## §. XVII.

Miranda hæc vteri structura, quam compages vasorum, fibrarumque circa fundum maxime conspicuarum membranacea constituit, nos docet dispositionem vteri ad recipienda vasa, quibus placenta intime iungitur. Quamuis vero hæc vasa, teste WINSLOVIO (y), maxime conspiciantur in fundo, orificia tamen eorum in reliquis vteri partes distributa, iniectiones RVYSCHIANAE et ab aliis institutæ probant, (z) ac nos conuincunt, vera esse, quæ DEVENTER (aa) perspicue tradit.

## §. XVIII.

(y) *Exposit. anatom. de la structure du corps humain tom. IV. p. 59. La portion de cette membrane qui couvre le fond de la cavité, est percée de quantité de petits trous assez sensibles, par lesquels on fait sortir des gouttelettes de sang en pressant tout le corps de l'uterus.*

(z) *Celeberrimus CASSEBOHMIVS in vtero fœminæ ultimo gestationis tempore, vna cum fœtu extinctæ, vasa omnia sanguine repleta per totam vteri inuenit substantiam. Facta iniectione mercurii in arterias et venas iliacas internas, per totam substantiam vteri e poris venosis in cauitatem internam hiantibus, vndequaue guttulas eius effluxisse, parum vero ex arteriosis exstillasse animaduertit. Quæ obseruatio nos docet, vasa dispersa per totam vteri substantiam, eiusque dispositionem vbicunque ad recipienda vasa placentæ nutritioni fœtus destinata. Vid. RVYSCHIVS obs. anat. I. fig. 12. p. 13.*

(aa) *Libr. cit. pag. 21. 22. L'uterus en lui-même est d'une substance épaisse, et solide, il est composé d'une multitude innombrable de vaisseaux à une finesse étonnante, venes, arteres, nerfs, et vaisseaux lymphatiques, parsemé de fibres musculaires, dont le mélange, le tissu, l'arrangement, forment vn objet admirable.*

## §. XVIII.

Deinde *situm placentaë in utero diuersum* confirmant *observationes conceptuum tubarii, (bb) ouarii, abdominis, ac præternaturales partus sæpissime matri foetuique funesti, a placentaë ad uteri orificium vel ad latera adhæsione prouenientes. (cc)*

## §. XIX.

(bb) Vid. RVYSCHIVS aduers. Dec: I. p. 6. ELSHOLZIVS *de conceptu tubario Lips. 1676. in 4to*, TILINGIVS *de tuba uteri, deque foetu nuper in Gallia extra uteri cauitatem in tuba concepto, RINTHELII 1670. in 12mo*, CYPRIANVS *de foetu tubario Amstelod. 1700. DEVSINGII vindiciæ foetus extra uterum geniti anno 1664. in 12mo*, eiusdem *historia foetus extra uterum geniti 1661. in 12mo*, ejusd. *historia partus infelicis, quo gemellorum ex utero in abdominis cauum elapsa ossa, sensim multis annis post per abdomen ipsum in lucem prodierunt 1662. in 12mo*. SINIBALDI *historia foetus Musipontani Francof. 1679. in 4to*. STRAVSII *resolutio obs. Musipontani foetus Darmst. 1663. 4to*. MAVRICEAV L. I. c. V. p. 86. *Histoire d'une femme dans le ventre de la quelle on trouua apres sa mort un petit foetus, de trois mois, ou environ, avec une grande abondance de sang caillé; la quelle merite bien d'être examinée, pour sçauoir si cet enfant avoit été engendré dans le vaisseau eiaculatoire; appelé Tuba uteri, comme plusieurs personnes le croyent. MANGETTUS biblioth. anatom. t. I. p. 623. LOVIS-LEGER DE GOVEY véritable chirurgie à Rouen: 1714. in 8uo curiosam refert observationem, quæ inscribitur p. 401. Observation d'une Demoiselle, a la quelle ou trouua un petit fetus dans vne tumeur, qui lui survint à l'aîne. Placentam eius obseruauit in ambitu annuli musculi obliqui eiusque partibus adiacentibus pag. 404. TVLPIVS obseruat. med. lib. IV. c. 40. embryonis frustulatim per aluum excreti mentionem facit.*

(cc) *Placentaë uteri lateribus, vel etiam eius orificio adhærentis,*

## §. XIX.

Quum igitur ratione ducti statuamus *uteri dispositionem* in toto eius ambitu ad recipienda vasa placentæ, (§. XVI. XVII.) diuersam vero placentæ sedem observationibus probauimus (§. XVIII.); effectus *lateralis adhesionis* considerari meretur, qui consistit in eo, vt *uterus* foetusque e situ perpendiculari dimoueantur, lineamque directionis obliquam accipiant: quemadmodum *excell. FRIDIUS*, quem honoris causa nominamus, *supra cit. ventis*, quamplurimæ extant observationes. In casu priori situ foetus existente obliquo, post extractionem eius cum pedibus, instituendi placentæ decorticationem ut plurimum nos cogit necessitas. In posteriori methodum secuti sumus *celeberr. FRIDI*, qui eiusmodi partum cum hæmorrhagia, vitæque matris foetusque periculo iunctum, non naturæ negotio relinquendum, sed facta placentæ in tantum ab utero separatione, in quantum iubet necessitas introducendi manum, ruptisque membranis, factum encheiresi quadam manuali pedibus extrahendum iubet. *conf. supr. alleg. disput.* Displicet vero a D. GREGOIRE Parisiis nobis admodum laudatus modus, quando in simili casu perforandam placentam, ac per illam foetum pedibus extrahendum iubet, quippe dilaceratione vasorum placentæ, insignis hæmorrhagia oritur, circulusque sanguinis e placentâ in foetum sistitur, PORTAL. p. 207. *obs. XLIII. - d' un accouchement, ou l' arriere-faix se presentoit.* VIADEL cap. VII. *d' un accouchement, au quel l' arriere-faix se presentoit le premier au passage.* p. 88. AMAND. *obs. XX. Accouchement d' une femme, qui avoit vne perte de sang de puis douze jours, dont l' arriere-faix se presentoit avec un pié de l' enfant.* p. 118. LA MOTTE *de la sortie de l' arriere faix avant l' enfant t. III. p. 404.* MAURICEAU t. I. l. II. c. XXVII. *de l' accouchement, au quel l' arriere faix se presente le premier, ou est tout à-fait sorti devant l' enfant.*

*cit. disp. (dd) probat; quando in obliquo, inquit, foetus situ post partum illi lateri adherens reperitur placenta, in quo foetus oblique situs fuit, atque ibi tam firmiter accreta est, ut raro more solito mediante lenta attractione cum funiculo umbilicali instituenda educi, quin potius per manualementem decorticationem primum ab utero separari, et tum denique extrahi possit. (§. XIV. eiusque not.)*

## §. XX.

Dicitur vero a nobis *situs uteri obliquus*, quando linea recta D. F. fig. II. e centro placenta in D. sumto per centrum uteri C. ad alterum perimetri uteri extremum F. ducta, cum alia quadam F. G. ex eodem extremo ducta, atque perpendicularem A. B. ad angulum rectum secante, facit angulum obliquum.

## §. XXI.

Sed *foetus situs obliquus* audit, ubi linea ab vno eius extremo D. fig. II. vsque ad alterum F. ducta, cum alia quadam F. G., perpendicularem A. B. ad angulum rectum secante, facit angulum obliquum.

## §. XXII.

Itaque *foetus situs obliquus* ab *uteri situ obliquo* in eo differt, quod in priori casu linea D. F. fig. II. ex centro placenta per centrum uteri C. ducitur, in altero autem ab vna foetus extremitate ad alteram vsque.

## §. XXIII.

Quodsi vero placenta non est in uteri fundo B. fig. I; pars uteri dimidia B. a. b. b. b. etc. A. magis intumescet; (§. X.) ita, ut grauior euadat altera B. a. b. b. b. etc. A: sicque fiet uteri situs obliquus fig. III, atque ita mutabitur, ut centrum fundi, quod antea fig. I. et II. e diametro oppositum erat vaginae in A, nunc sit in puncto  
*laterali*

(dd) *Cap. II. p. 21.*



*lateralis* F. G. fig. III., quod priori B. est inferius, atque opponatur puncto E.

§. XXIV.

Quo magis vterus sub incremento foetus extenditur, eo maius successiue replet spatium. Reagit quidem vterus, sicuti in omni motu fit, qui ex percussione oritur, (per princ. mot.) haud tamen quaquaversum æquali vi, sed maiori ab isto *latere*, vbi est *placenta*, præsertim in H. G. fig. III. Quo enim corpus quoddam est grauius, eo difficilius a latere mouebitur, i. e. maiori cum vi resistet motui laterali. Hac maiori resistentia seu vi inertiae, foetus magis vrgetur versus alteram partem D. E. ac versus placentam, ita vt situm reclinatum D. L. accipiat, si placenta H. G. non adeo multum distat ab ordinario fundi loco in B.

§. XXV.

Quando autem placenta in O. L. fig. IV. ponitur, integer foetus, seu vtraque eius pars tam superior quam inferior, versus alteram vteri partem B. D. F. C. A. magis vrgebitur, ac hæc reaget. Itaque foetus pro diuersitate reactionis, quæ fit ab altera vteri parte B O. E. L. N. N. N. A. vel *obliquum* B. F, vel magis *perpendiculararem* D. C obtinebit situm. In *priori* casu crescente foetus pondere, ita, vt grauior liquore amnii euadat, ex situ BF prolabetur versus E, et situm habebit obliquum E. F, vbi omni suo nisu tendet versus *partes vteri laterales* N. N. ac postea proprio motu situm mutabit, etsi semper situ ob-

D

liquo

liquo permanserit. In *posteriori* vero varium situm pro diuersitate motus liberi foetus obtinebit.

§. XXVI.

Quum igitur, mole in vno vteri latere existente maiori, grauitas maior in illo euadat, *aequilibrium actionis et reactionis* in vtero tollitur, eoque fit, vt motus fluidorum inaequaliter dirigatur versus latera, inprimis vero eam vteri partem, quæ minus resistit. (per leg. mot.) Hinc ratio eorum coniici facile potest, quæ circa placentæ in lateribus adhæsiõnem obseruauit FRIDIUS. (§. XIX.) Testantur sublatum vteri, foetusque in vtero æquilibrium signa ante partum iam conspicua, v. g. inaequalitas abdominis, durities, altitudo, et dolorosa grauitas in illo latere, in quo maxime mouetur. Posita itaque placenta in O. L. fig. IV. nisu foetus ad partes vteri laterales O. E. L. N. N. A. maior humorum adfluxus et refluxus in parte hac, ideoque et motus auctior excitabitur, vterusque magis extendetur. Hæc *vteri inaequalis extensio*, quam HIPPOCRATES (ee) obseruauit, dum foetus, inquit, *mares quidem in dextris, fœminæ vero in sinistris magis*, non indicat differentiam sexus, sed motum foetus in vno latere maiorem, ac in altero, adeoque vel *vteri*, vel *foetus*, vel vtriusque *situm obliquum*.

§. XXVII.

Quisque autem facile intelliget, *obliquis his sitibus difficili-*

(ee) *Sect. V. aphor. 48.* THOMAS BARTHOLINVS *Anat. L. I. c. 23. p. 162.*

*difficilem reddi debere partum.* Etenim in situ D.L. fig. III. motus directio non fit versus vaginam in A, sed versus L. et E. respectu grauitatis, qua perpendiculariter deorsum nititur. Potest quidem fieri, vt ex parte etiam deorsum tendat versus vaginam, e. g. ex K.M. sed nifus hic est insufficiens. Magis autem partum impedit situs E.F. fig. IV. Nam motus directio fit versus F, et foetus maxima suæ grauitatis parte premit vterum in punctis N.N.N, vt taceam impedimentum, quod figura foetus creat, ceu optime testatur FRIDIUS, quando (ff) *quo propius, ait, placenta fundum vterinum accedit, eo minor foetus obliquitas, eo faciliior quoque est partus: quo procul autem a fundo vteri remota est, eo obliquiorem, et situm, et eo difficiliorem, imo et funestum, foetus et mater nanciscuntur partum.*

## §. XXIIIX.

Verum enim vero posita placenta c. c. c. Fig. II. ante orificium vteri in A, vterus vna cum foetu situ permanebit perpendiculari, quia actio ab vtroque latere libere et æqualiter fit, et æqualis reactio placentæ c. c. c. versus centrum C. licet eiusmodi placentæ situs admodum sit præternaturalis, immo causa sæpius funesti partus. ( §. XVIII. ei. not. )

## §. XXIX.

Interim fieri posse adfirmamus, *fatum e situ naturali dimoueri, etsi vteri situs adhuc sit perpendicularis.*

D 2

Nimi-

(ff) *cit. disput. cap. II. p. 21.*

Nimirum quam diu linea directionis C. F. Fig. II. e centro grauitatis foetus C. ducta cadit intra basin foetus, i. e. intra caput, quo regulariter vaginam in A. respicit, vel intra pedes (§. V.): ille non potest cadere versus vnum alterumue latus vteri, ita, vt capite vel pedibus illud tangat, e. g. in puncto D. atque sic situm accipiat inclinatum. (per princ. mechanica.) Linea autem directionis regulariter extra basin foetus cadere non potest (per priora). Sed accidit quandoque, vt extraordinario quodam conflictu, vel superior vel inferior pars foetus ab vno vteri latere E. vehementius prematur versus alterum latus D. ac reagere potest. Quodsi iste conflictus adeo vehemens existit, atque foetus hoc ipso ita inclinatur, vt linea directionis C. A. non vlterius intra basin foetus existat, partes vero basin foetus constituentes extra illam positæ, versus punctum E. tendant; foetus, postquam prolapsus est versus punctum istud D. se ipsum in pristinum situm perpendicularem restituere nequit, nec vteri reactione, in illo puncto id possibile est, quatenus nisus partis prolapsæ foetus maior ibi existit, ac reactio vteri. Prius tamen hæc situs mutatio non accidit, ac *foetus sufficientem grauitatem* est consequutus, qua vteri reactionem ab vna parte superare valet, saltem ei æquatur,

### §. XXX.

*Situ* autem tali ratione *mutato*, *difficilis* redditur *partus*, quippe vterus non ex omni parte tunc in foetum pressionem exercet, nec ipse foetus omni sua grauitate  
nititur

nititur versus *orificium uteri et vaginam*, sed simul in *reli-  
quas uteri partes*.

§. XXXI.

Expositis iam iis quæ docent causam situs uteri gra-  
vidi foetusque in utero: notandum, HENRICVM DE-  
VENTERIVM (gg) *causam situs obliqui foetus in uteri  
situm obliquum*, huius vero in *laxitatem ligamentorum* reie-  
cisse. Enim vero quamvis concedamus, uterum graui-  
dum, grauiori sua parte liberum ac solutum, facile huc vel  
illuc dilabi posse (*quippe uterus parti accuminatæ non diu  
potest inniti, quin huc vel illuc inclinet*) et GRAAFIVS doceat,  
uterum non semper præcise in medio collocatum, sed  
quandoque, licet rarius, illum nunc magis versus dex-  
tram, nunc magis versus sinistram hypogastri partem  
præsertim in *pregnantibus* situm offendi; *laxitatem tamen  
ligamentorum*, propter facultatem extensiuam, (ceum tradit  
DEVENTER) non utpote *causam*, sed ut *effectum* sublatis  
æquilibrii agnoscimus; quippe in parte uteri grauiori,  
extensio ligamenti vnius, in altera alterius relaxatio con-  
tingit: alias enim quævis grauida, secundum traditam  
ab auctore ligamentorum dispositionem, semper et fœ-  
tus et uteri situm obliquum patiatum necesse est, cui ve-  
ro experientia et auctoritas aliorum repugnat.

§. XXXII.

Quum vero in antecedentibus *causam situs ute-  
ri foetusque obliqui a diuersa sede placentæ* in utero dedu-  
ximus;

D 3

(gg) Operat. Chirurg. nouum lumen obstetricantibus exhibenti-  
bus e. XI.

ximus; restat, vt paucis in *originem adhaesionis placentæ* inquiramus. Ouula dum diuersimode in ouario disposita sunt, simul arcte eorum sinibus continentur. Cohæsiō hęc aliter non contingit, nisi mediante fibrilla, qua ouulum petiolo suo adhæret. Accedente itaque statu conceptionis, vi feminis expansiua ouulum turgescitum ac expansum, liberatur. Hac expansione ouuli, fibrilla, qua petiolo antea adhæsit, simul extenditur, eaque excedente, ad rupturam cogitur, obducente sinum ouuli cicatrice quadam. Ouulum hoc mediante femine, quo tuba FALLOPII ac vterus turgent, defertur in vterum, eiusque fibrilla fundum ordinarie petit, quippe vtpote specificè leuior femini reliquisque humiditatibus in vtero contentis innatans, vna cum ouulo altiora petit, atque existente reactione vteri, ac actione fluidi quaqua-versum æquali, in centro fluidi continetur, vt fibrilla ouuli situ perpendiculari centrum fundi respiciat.

§. XXXIII.

*Mutationi vero loci obnoxium est ouulum imprægnatum, et in vteri cauitatem iam delatum, pro diuersis mutationibus corporis foemine post concubitum. Quod si enim femina statim ad latus inclinet, linea e centro fundi vteri ad orificium eius ducta, euadet obliqua: ouulum vero cum fibrilla in fluido contentum (hh) ad superiorem vteri partem tendet proximam, quam per-*

(hh) Tubam Fallopii vterumque semine repletum inuenit Cel. RVYSCHIVS *aduers. anat. med. chirurg. Dec. I. p. 3. et 4:* idemque vidit in vtero mulieris cum adultero deprehensæ in adulterio, statimque a marito deprehensore interfectæ, *ibes. anat. VI.*

quam perpendiculariter respicit, et ad illam maxime, ad quam propter minorem resistantiam vrgetur, ibique radices agens, funiculum constituet vmbilicalem, eiusque puncto adhæſionis, dum peruia hæc fibrilla in ramulos diuiditur, corpus vasculosum placentæ formabit, necessarium ad recipiendum lympham ac sanguinem, pro eo, ac crescente foetu vasa placentæ magis aptantur ad recipiendos vel lymphæ, vel sanguinis globulos.

## §. XXXIV.

*Adhæſio fibrillæ ouuli præternaturalis in actum iam ducta statu grauiditatis corrigi nequit. Hinc præſeruandi ſcopo experientiffimus D. FRIDIUS (ii) ſuaſet, vt foemina partui præternaturali obnoxia, poſt concubium in lecto, reſupina quiete tam corporis, quam animi exactiffima, ad minimum per octiduum vtatur, quo ouulum per tubam FALLOPII in vterum delatum, perpendiculariter ad centrum fundi tendat, ac eius fibrilla ibi adhærens cauſa exiſtat ſitus placentæ, foetus, ac vteri perpendicularis.*

## §. XXXV.

Sed hæc dixiſſe ſufficiant *de ſitu vteri foetusque in genere, ſpecialeſ artis obſetricæ pertractationem partuumque præternaturalium operationes, vel inſtrumentorum adparatu, vel manuali encheireſi ſuſcipiendas, differimus ad lectiones priuatas, hoc ſemestri æſtuo habendas,*

(ii) *Diſcept. ſupr. cit. p. 42.*

bendas, in quibus fundamenti loco PETRI DIONISII tractatum de *generatione hominum*, quem IOANNES TIMMIVS e lingua gallica in vernaculam vertit, hora VIII. explicabimus, et ita in expositione versabimur, vt iuxta recentiores nouam operandi methodum perspicue tradituri simus. Hora X. vero auspicabimur praelectiones ad ductum *institutionum medicarum BOERHAAVII*, et diebus *mercurii* et *saturni* hor. II. publice commentabimur in MAVRICAEI aphorismos. Quæ praelectiones omnes, quemadmodum finitis nundinis Lipsiensibus VI. Id. Maii initium capient: ita vobis *commilitones suauissimi*, nobisque, bene ac feliciter eueniant, est, quod in votis habemus. Dab. e museo in Academia Fredericiana Calend. Maii clō MCC XLI.

T A N T V M.







Handwritten text, possibly a title or label, located between the two diagrams. The text is faint and difficult to read, but appears to be arranged in two lines.

Fig. I.




Fig. II.




Fig. III.




Fig. IV.

